



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Hermannii Conringii De Antiquitatibus Academicis
Dissertationes**

Conring, Hermann

Helmestadii, 1674

Svpplementvm XXIIX. Ad pag. LIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12929

Formula appris e lectu dignissima: præsertim addito do-
cissimo Commentario ejusdem quem ante celebravimus
literatissimi viri & quondam amici nostri eximii Joannis
Henrici Meibomii, et si liber sit posthumus.

Notatu dignum porrò est id quod Formula ista habet.
In ipsis quidem Artis hujus initio quodam sacerdotii genere
sacramenta vos consecrant. Doctoribus enim vestrīs promitti-
tis, odisse nequitiam & amare puritatem. Sic vobis liberum non
est, sponte delinquere, quibus ante momenta scientiae animas
imponitur obligare. Hæc sanè verba significant haud ob-
scure, etiam illa tempestate, saltim quædam in capita Hip-
pocratici Jurisjurandi sacramento solemnī tyrones Medi-
cæ artis adigere, recipi fuisse moris. Id quod alias fieri
solere, haud equidem dixerim.

SUPPLEMENTVM XXIX.

Ad pag. LIV.

Quamvis de examinibus Medentium inter Muha-
medanos olim usitato, nihil differere potuerimus,
fortassis tamen haud abs re jam fuerit, adserre aliquid huc
non nihil faciens, adhuc usitatum in Ægypto: idque te-
stimonio Medici pereximii, qui que ut pōst in Patavina
Schola magno cum applausu Artem docuit, ita eandem
Cairi per quadriennium juvenis feliciter jam fecerat, de-
gens in Venetorum Consulis familia, Prosperi Alpini. Ita
vero ille l. i. de Medicina Ægyptiorum c. 1. scripsit. Ex hac
Cairi inter ceteros medicos omnes quidam Ægyptius quem A-
chimbaß illi appellant: qui medicorum princeps nostra lingua
interpretatur. Hujus officium est, illos qui ibi medicinam ex-
ercere velint, de illiusce artis peritia sedula percunctari, &
examinare, atque eis, qui in medendi examine recte responde-
rint ac recte se gesserint, publica fide concedere, ut per eam regio-

Ll

nem

nem mederi impūc possint. Istud autem in doctorām numerō
ascendi manus non datur mulieris, ut in multis Europa locis fieri
solet, sed uni solitārum, illique prasertim, qui plus auri argen-
tive Praefecto Cayri, quem Bassa appellane, hac de causa solverit,
Parum enim id curat hoc tempore Bassa, an ille, qui Achim-
basi procreandus est, sit ad illud munus recte obendum probè
idoneus: adeo nunc apud illos omnia corrupte avaritia; non hoc,
inquam, ille curat, sed an potius aureos mulieris ipsi offratur. Eodem
exemplō & ipse Achimbasi etiam à Praefecto perdoctus, eodem
avaritiae viii sublatuſ, pretium à cooptandis accipiens, omnes
indistincte, cum indoctos tum doctos mederi per urbem sinit. Qua
facilitate numerus tum virorum tum mulierum medentium in
ea maxima urbe Cayri est ferè infinitus; cum quisque exhibito
anro possit ab Achimbasi medendi autoritatem obtinere.
Hactenus Alpinus. Unde discere est, lege quidem consti-
tutum Caii esse, non quemvis promiscuè sine prævia
approbatione ad Artem faciendam admittere, sed illam
haud observari, idque magno cum ægrotantium detri-
mento. Hanc legem verò jam esse latam ante Turcarum
in Ægyptum imperium, per est verisimile: quia alias, ubi
maxima est gentis Turcicæ potentia, legis ejusmodi nullum
comparet vestigium, sed barbarè istud omne administra-
tur. Fortassis verò etiam alibi, in Africa & Asia, olim,
florentibus Arabum rebus, tale quid obtinuit. Vereor
autem ut hodie ejus superfit quidquām. Ut proinde ha-
ctenus Dissertatio nostra haud à vero aberraverit.

SUPPLEMENTVM XXIX.

Ad pag. LXII.

Qui primi in Ægypto Monasticam vitam degerunt,
Paulo sive Antonio auctoribus, eorum saltim plar-
que homines fuerunt illiterati. Enimvero ipsem et Anto-
nius